

CV M admodum Reuer. P. F. Joan. Florianus Ord. Prædicat. Magister: &
per totam Bononiensem Diœcesim, Hæretice prauitatis Inquisitor. mibi
Iohanni Diaz de Auiles. I. V. D. ac Sacri, per quamque Illustris Collegij His-
panorum Boaon. Rectori indignissimo, videndum, ac reuidendum tradidisses
librum, quem Ecclesiæ Sanctæ Dei Candelabrum Aureum nuncupant, seu no-
minant, quem compoſuit R. admod. D. Don Martinus Alfonſus de Vinaldo, hu-
ius sacra atque insignis Domus, atque Collegij Capellanus: ut si qua a vera
fide, cultuque Dei Opt. Max. denia esse, in preiudiciumque Christianorum Prin-
cipum iauenifsem. illa quodam signulo adnotarem; sin minus omnibus fidem
indubitatam nihil horum reperiri facerem. Quapropter, qua potui diligentia
(hoc viro libro) nihil in eo inueni, quod ab omnibus Christi vestigia sequen-
tibus alienum sit. De quo fidem non perituram omnibus, & singulis, Cande-
labrum Aureum Ecclesiæ Sanctæ Dei, videntibus, pariterque legentibus facio.
Die XVII. Mensis Martij, Anni Millesimi Quingentesimi Octagesimi Octa-
ui. In quorum fidem, & testimonium subscripti.

Ioannes Diaz de Auiles

I. V. D. & Rector.

ADMONITIO AVTHORIS

A D L E C T O R E M .

NOT A, Pie Lector, quod quemadmodum (ut ait Frater
Ioh. Ludonicus de Vinaldo Ordinis Prædicatorum, in li-
bro dicto: Opus Aureum de Veritate Contritionis, fol. fin.)
in Christianis authoribus, non tantum ornatus, sed magis
profetus queritur. sic Ego, quem familia cognomine se-
quor, opere iidem gressibusq; sinceris equi procurabo. Quia
(ut ait F. Thomas de Mercado, de Contract. lib. 3. cap. 1.)
qui lingua scribit Latina, sufficit ut veritatem, sine circunloqujs scribas.